

dissipatis consiliis cordium terrenorum, ne possint manus eorum explere, quod ceperant, a dispositione cogitationum celestium dirigantur. Sane, si super Anglorum regno consideracio matris ecclesie dirigatur, habet ipsa, in quo patris eterni consolacionem et donum huius temporis grata recognitione decantet, et concussum opus in manibus errancium filiorum¹, divina iussione ad quietem erectum, ad bone spei remedia gaudeat preparatum.

Et quidem onus grave multisque circumiacentibus periculis formidandum a beatissimi patris nostri² vestrisque³ digitis humeris meis impositum, per multas et varias tamen difficultates itinerum et laborum⁴ cum corporalis egritudinis molestiis usque in diem fere presentem pertuli humiliter et omnia contempsi, ut, quantum in me fuerat, Dei misericordie subicerem et eius gratie, quod in eis erat impar consiliis et viribus importabile, commendarem. Sub eius proteccione tandem sanitatis resumpto beneficio, ad inclitum et serenissimum principem regem Francorum illustrem⁵ III. Kalendas Septembris⁶ Domino comitante perveni, qui firma et quasi media columpna in domo Domini deserta⁷ michi dedit quasi patrem et matrem, mittentes in me misso suscipiens honore condigno, et qualis a filio de libera nato per repromissionem⁸ poterat expectari. Sicque auctore Deo, qui causam suam iudicat, apud Parisius⁹ cum eodem felicissimo rege me communicante consilia, que iniunctum michi negocium contingebant, factum est, ut Romanorum¹⁰ et Anglorum¹¹ reges ac vir egregius E.¹², ipsius regis Anglie primogenitus, suas michi litteras destinarent, fidei et bone spei ac prosperi processus in ipso negotio indicia perferentes. Quibus et aliis circumstanciis inductus, de consilio prefati regis Francorum ad dictos¹³ reges et alios, de quibus expedire visum est, meos duxi nuncios premittendos, qui de securitate ac modo mei transitus¹⁴ ipsorum michi litteras reportarent.

ähnlicher Auslassung eines Verbums der Stelle Thren. 3, 22: 'Misericordiae Domini, quia non sumus consumpti', nachgebildet. 1) Das bezieht sich auf die Niederlage und den Tod Simons v. Montfort bei Evesham am 4. Aug. 1265; vgl. unten. 2) Clemens IV., der dem Cardinal Ottobonus am 4. Mai 1265 das Legatenamt für England übertragen hatte. 3) Das Cardinalscollegium. 4) Am 19. Juli 1265 hatte Clemens IV. den Legaten ermahnt, seinen Aufbruch nicht länger zu verschieben. Ueber seine Durchreise durch Genua vgl. Ann. Ian. SS. XVIII, 253. 5) Ludwig IX.; vgl. Clemens' IV. Brief an ihn, P. 19168. 6) 30. Aug. 1265. 7) 'desertam' Hs. 8) Vgl. Gal. 4, 22 ff. 9) 'Paris' Hs. 10) Richard v. Cornwall; dieser Brief desselben an Ottobonus ist nicht bekannt. 11) Heinrich III. 12) Eduard (I). 13) 'ditos' Hs. 14) Die Landung in England erfolgte im Oct. 1265.